

78 N 14 [123]

22

J
VIRVM
MAXIME REVERENDVM, NOBILISSIMVM AT-
QVE CLARISSIMVM,
DOMINVM
JOHANN GOTHOFREDUM
ZEISKIUM

HACTENVS ATHENÆI LVBENENSIS RECTOREM,
ET REV. MINISTERII ECCLES. COLLA-
BORATOREM
PRÆCLRE MERITVM

JAM
GYMNASII BUDISSINENSIS
RECTOREM

LONGE DIGNISSIMVM,
SOCIETATIS DISCENDO DOCENTIUM HVC-
VSQVE ET PORRO SOCIVM
EXOPTATISSIMVM,

Ad BUDISSINENSES 6. Jd. Majl.
A. O. R. MDCCXL.
FELICI SIDERE ABEVNTEM
VOTO HOC PROPEMPTICO
PROSEQVNTVR
DICTÆ SOCIETATIS CONSORTES
RELIQVI

LVBENÆ,
LITERIS JOANNIS MICHAELLIS DRIEMELII.



Kapsel 78N14 [123]

X 3165187 AK



GYMNASII BUDISSINENSIS
RECTOREM

Viderat insignem studiorum flore LUBENAMORUM
BUDISSA egregius longe adamata viris,
Viderat, & mentem quum per sua fata tulisset,
Quæ Musis meminit dura fuisse suis,
Non equidem invideo, miror magis unde, Sorori,
Inquit, apollineus jam redit iste vigor,
Cujus ego ante aliquot Doctores (*) Iustra vocavi
Omine, quod fateor, sub mea tecta bono,
Cujus ego Civem pretiosi adamantis ad instar
BRESCIVM, adhuc omni religione colo.

Inde

(*) M. Dan. Barisch, & M. Johannes Schultze, Rectores primum Scholæ
Lubenensis, inde Budissinensis.

Inde sacris iterum nostris iterumque revisis
ZEISKIADEM didicit tot peperisse bona,
ZEISKIADEM studiis qui præstat in omnibus artem,
 Et clarior juvenum pectora fonte rigat.
 Illum adeoque Virum venerari, illumque procari
 Arque suis Musis addere velle Ducem;
 Blanda **LUBENENSES** tandem est aggressa penates,
 Ingenuaque fide plena ruboris, ait:
 Q, te Palladio felicem hoc tempore tali,
 Ni ramen esse simul, par pietate velis.
 Vicinis etenim probitas non ultima laus est,
 Qui commune bonum pluribus esse jubent.
 Jam nosti, ut careat mœrens Schola nostra Magistro,
 Pierio, juvenes, lumine qui decoret;
ZEISKIADEM ergo piis etiam concede petitis,
 Inque tuam expensam commoda nostra refer,
 Sunt mihi complures studiosæ mentis alumni,
 Quos inter dabitur gratia magna tibi.
 Annuit his, persuasa Soror, nec pignus amoris
 Quantumcunque licet, visa negare fuit.
 Quippe memor vinculi nuper feliciter acti,
 Quod sanctum merito nec violabile erit,
 Quoque simul junctæ devoto pectoris æstro
 Saxonis **AVGVSTI** Regia Sceptra colunt.
 Nec male respondent, tam mitia fata, favori
 Quem vicibus statis mutuo amore fovent.
ZEISKIVS ergo abitur, Cælo sic dante, parabit,
 Inque novas terras ingredietur iter,
 Cui quondam triplici nobis se jungere nexu
 Certum ex proposito collibitumque fuit.

Pavit enim mentes divini nectare verbi,
 Nutrit affiduus germina docta Scholæ,
 Atque inter Socios discendo utcunque docentes,
 Quod grati eloquimur, portio magna fuit,
 Portio magna fuit, nec desinet esse deinceps.
 (Nos etenim expertæ spes bonitatis alit)
 Corpore dividimur, non corde, aut cordis amore
 Vincula quæ nectunt nos, adamantina erunt,
ZEISKIVS ex oculis, sed nunquam ex mente migrabit
 Atque utinam innumeros suppetat ille dies!
 Duxit Eum divina manus, teget amplius Illum
 Nec finet in nebulas Ipsius ire preces.
 Quis tot ex tenebris mentes caligine mersas
 Haftenus eripuit restituitque sibi,
 Hunc **DEUS** ex morbo salvum ac Medica Arte renatum,
 Luceque perfusum prosperiore becet.
 Hoc omnes Socii devoto corde precantur,
 Hoc Schola cum Templo, ac tota Lubena vovet.



78 N 14 [123]

22

J
VIRVM
MAXIME REVERENDVM, NOBILISSIMVM AT-
QVE CLARISSIMVM,
DOMINVM

JOHANN GOTHOFREDUM
ZEISKIUM

HACTENVS ATHENÆI LVBENENSIS RECTOREM,
MINISTERII ECCLES. COLLA-
BORATOREM
PRÆCLRE MERITVM

JAM

SII BUDISSINENSIS
RECTOREM

NGE DIGNISSIMVM,
TIS DISCENDO DOCENTIUM HV-
SQVE ET PORRO SOCIVM
EXOPTATISSIMVM,

BUDISSINENSES 6. Jd. Maji.
A. O. R. MDCCXL.

LICI SIDERE ABEVNTEM
O HOC PROPEMPTICO
PROSEQVNTVR
SOCIETATIS CONSORTES
RELIQVI

LVBENÆ,
JOANNIS MICHAELLIS DRIEMELII



sel 78N14 [123]

3165187 AK

